# Ministère de la culture et de la communication

## *Concours externe et interne de technicien(ne) d'art*

Métiers du papier
Spécialité « relieur »

SESSION 2016

## Épreuve écrite d'admissibilité

**Jeudi 31 mars 2016**

**La phase d'admissibilité comporte une épreuve écrite relative aux techniques du métier ou de la spécialité. Cette épreuve de contrôle des connaissances consiste, à partir d'un dossier technique, en l'élaboration d'une note sur un sujet se rapportant au métier ou à la spécialité, qui servira de support à l'épreuve pratique (analyse, établissement d'un programme de travail, organisation).**

*(durée : deux heures ; coefficient 2)*

**<u>Avertissements :</u>**

- les feuilles de brouillon insérées dans les copies ne seront pas corrigées ;
- les candidats ne doivent pas joindre d'autres documents à leurs copies ;
- l'usage de la calculatrice, d'un dictionnaire ou de tout autre document est interdit ;
- avant de commencer, vérifiez que le sujet qui vous a été remis comporte toutes les questions ; signalez aux surveillants tout de suite les anomalies éventuelles (page manquante, page illisible...).

**Ce document comporte 24 pages au total :**
- Page de garde (1 page)
- Sujet (1 page)
- Dossier documentaire (22 pages)

# Ministère de la culture et de la communication

***Concours externe et interne de technicien(ne) d'art***

Métiers du papier
Spécialité « relieur »

SESSION 2016

**Épreuve écrite d'admissibilité**

**Jeudi 31 mars 2016**

## *SUJET :*

Un responsable de fonds vous demande de lui adresser un rapport de conservation restauration sur un ouvrage relié qui n'est plus communicable en l'état.

Ce rapport devra en outre décrire briévement un ou plusieurs protocoles de traitements en fonction des différentes finalités envisagables, aussi bien en conservation préventive que curative .

Pour sa conservation au sein des collections vous détaillerez le protocole qui vous semble le plus pertinent, en justifiant les opérations envisagées ainsi que les matériaux utilisés.

**Notice indicative :**

Établissement : Bibliothèque Interuniversitaire

Cote : RXVIB 3 = 336

Titre : Pauli Jovii Novocomensis episcopi Nucerini elogia virorum bellica virtute illustrium

Auteur : Giovio, Paolo

Format réel : 350 x 240 x 55 mm


QpCARD 201




RXVI b
in-fol.
336
SORBONNE




QpCARD


QpCARD


RXVI b
in-fol.
336
SORBONNE




R. 6.a.63
H.B.g.5.

PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI
Elogia
Virorum literis illuſtrium,
quotquot vel noſtra vel a-
vorum memoria
vixere.

Ex eiuſdem MVSAEO (cuius deſcriptio-
nem vnà exhibemus) ad viuum
expreſſis imaginibus
exornata.

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

PETRI
PERNAE TYPOGRAPHI
BASIL.
OPERA AC STVDIO
CIϽ IϽ LXXVII.

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE





PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI
Elogia
Virorum literis illuſtrium,
quotquot vel noſtra vel a-
uorum memoria
vixere.
Ex eiuſdem MVSAEO (cuius deſcriptio-
nem vnà exhibemus) ad viuum
expreſſis imaginibus
exornata.
BIBLIOTHEQUE
DE L'UNIVERSITÉ
DE FRANCE.
PETRI
PERNAE TYPOGRAPHI
BASIL.
OPERA AC STVDIO
CIƆ IƆ LXXVII.




UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
Inv. :
SIGB bibl. :
SIGB ex. :
SU ppn :
SU epn :
Cote : RXVIB 3= 336
1158896568



H.8.9.5.

# PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI

## Elogia
Virorum literis illuſtrium,
quotquot vel noſtra vel a-
vorum memoria
vixere.

Ex eiuſdem MVSAEO (cuius deſcriptio-
nem vnà exhibemus) ad viuum
expreſſis imaginibus
exornata.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

PETRI
PERNAE TYPOGRAPHI
BASIL.
OPERA AC STVDIO
CIↃ IↃ LXXVII.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

# CLARISSIMI GENEROSIQVE IVVENIS, DOM. ROBERTI A BERNEMICOVRT, BARONIS in Lieſueld, Domini Otlandiæ, pijs manibus pacem, ac quietem Ioannes Latomus.

AN mihi præcipites etiam, Mors inuida, quæ tu
  Vulnera feciſti, vulnera vt eſſe negem?
Nec mihi concedes, vt iuſto verba dolori
  Impendam? & iuſtus qua ratione, loquar?
An quem tu perimis, vel aperto crimine, noſtris
  Senſibus ereptum, carminibusq́ voles?
Ah, Mors, non poſſum, nec erit tua tanta Tyrannis,
  Vt paria in viuos regna tenere velis.
An ne etiam gaudes (vt ſalsè es liuida) faſtum
  Ornari lachrymis, carminibusq́ tuum?
Et tua tum demum iactas illuſtria facta,
  Inſigni è luctu quum grauiora vides?
Vtcunque eſt: ſeu te doleat, ſeu dura, iuuabit
  Me ſanè in lachrymis, & gemitu eſſe iuuat:
Et iuuat in miſeros deducere carmina queſtus,
  Carmina cupreſſo conſpicienda nigra:
Et tecum miſcere elegos, miſcere querelas,
  Et caſum generi, Schete, dolere tui.
Et iuuat hoc etiam, defuncti manibus illam
  Quam poſſum vitæ ferre decenter opem.
Ah, non tam validis, vt quondam Epidaurius, herbis
  Non quibus eſt medicis Phaſias vſa focis:
Sed cantu & numeris. vtinam vel qualibus Orpheus
  Plutonem fregit, perdomuitq́ canem.
Noſtra, nec addubito, Geticam illam cauſa grauaret
  Dignior & lachrymis, & pietate foret.
Illi rapta licet fuerit creſcentibus vxor
  Annis: tu ſolo pectore adultus eras,
Vxor primus amor fuit, at non vltimus illi:
  Hoc niſi, non alio tu potes igne frui.
Prolibus at petijt forſan ſpatia apta creandis:
  Sed fuit in ſterileis pronior ille mareis.
Quo minus aſt iterum bis denis menſibus extes,
  Si quid obeſt, oberunt hæc tua Fata, pater.
Ne dicam, lachrymas quòd iam deterſerat illa,
  Caſum iterum Fati ſegnis obire noui:
Quid tua non luget? quid non dolet Agnia fletu
  Exoraturos impediente ſonos?

PRYTANEE ... BIBLIOTHEQUE



Spes eſt, quum fidæ mea vitis inhæreat vlmo,
  Pondere quæ proprio preſſa iaceret humi.
Donec erunt Muſæ, donec qui diligat illas,
  Et iam non totus barbarus orbis erit,
Muſæum Iouij, Iouius dicetur & ipſe,
  Illaq́ pictorem docta caterua virûm.
Et puto iam famam tranſiſſe Themiſtidos oram,
  Inq́ Peruranis conſenuiſſe locis.
Quis ſcit, ſi noſtra hæc illò vſq́, Roberte ſequantur?
  Mancipia à Dominis non decet eſſe ſuis.
Quos inter medicos non ibis vt anſer olores,
  Vt pudor Aonij, parsq́ pudenda chori.
Sed tua te virtus, doctæq́ ſcientia mentis
  Aſſeret, illuſtri conſtituetq́ loco.
Quem licet octaua iuuenem trieteride raptum
  Vſum bis linguis nouit Apollo tribus.
Nouit & ingenij quàm multa recondita in ipſo
  Tempore prompturus, ſi licuiſſet, erat.
Iudicium accedit ſoceri poſt omnia Scheti,
  Et quaſi de rapto nunc quoq́ patre dolor.
Nomine doctrinæ de mille ſodalibus vnum
  Legerat ex eius ſtirpe futurus auus:
Nomine doctrinæ curarum dulce leuamen.
  Ingemit, eſtq́ ſui (credite) parte minor,
Proin ſi quid mereor, ſi factum Paule probabis
  Sit fas hunc libro præpoſuiſſe tuo.
Quod quis vt inuideat: ſatis eſt hæc gloria nobis,
  Materies morbi creſcat vt vſq́ ſui.
Tu mea apud doctas quum carmina legeris vmbras,
  Grata celebratis ſintq́, Roberte, viris,
Hæc per me Latomus vobis encomia ſcripſit,
  Dic, & amicitiæ pignus id eſſe meæ.
Sic tibi det requiem, qui verſat ſortibus vrnam
  Aeacus: & longum, care Roberte, Vale.

1556. Idib. Decemb.

1

# PAVLI IOVII NOVO-COMENSIS EPISCOPI NVCERINI IMAGINES CLARORVM AC DOCTO-*rum virorum ad Octauium Farneſium Vrbis præfectum.*

PERILLVSTRI quidem exemplo, & verè more maiorum facis Octaui Farneſi Princeps iuuentutis, qui ſocero Cæſari ſingularis diligentiæ, inuictæque virtutis imperatori armatus comes, vel in tanto caſtrorum fremitu, incerta dubij ocij momenta Muſis impertis: hac enim imitatione pernobili, non modò C. Cæſaris, qui vnus ſummi iudicij, ſummæque virtutis faſtigium tenuit, ſed Antonij, Bruti, Catonis, Octauij memoria recolitur. Quando hi, quod legimus, tui ſanguinis, vereque Romani Heroes, vel paludati & canente claſſico nunquam literarum ſtudia remiſerint. Quo fit, vt hanc excelſi generoſique ingenij indolem, quam nõ adulanter admirari licet, tibi magnoperè gratulemur: quum è Belgis iucundiore quadam epiſtola, quæ non in caſtris cũ peracri Gallo hoſte collatis, ſed in præpingui ocio perſcripta videri poſsit, vltimam hiſtoriarum mearum partem efflagites: repetasque item vehementer tanquam promiſſam, & gerendo bello Gallico valdè opportunam, Argentoni viri grauiſſimi hiſtoriam, quam mihi nuper expetenti Nicolaus Rentius, vetus ac humaniſſimus amicus meus è Gallica lingua in Italicam caſta fide traduxit. Ante omnia verò, tanquam eruditæ iucunditatis munus deſideras clarorum virorum imagines, quæ in Muſæo noſtro ad Larium ſpectantur, & eas quidem per Elogia, quod niſi longo, difficilique labore paruis in tabellis aſſimilanter expingi nequeant, ſcilicet, vt tantorum ingeniorum dotes admirabili varietate ſtylo deſcriptæ elegantiores oblectamenti nomine ad animi iudicium tranſmittantur. multo enim grauius pulchriusque videtur, ingentium animorum virtutes proprijs annotatas Elogijs ad admirationẽ intueri, quàm ductas ex vero diligenter effigies, inani quanquam, iucunda oculis voluptate ſpectauiſſe. Verùm & obiter quoque requiris, quod nequaquam, ſaluo pudore, & integra fide præſtari poſſe videtur, vt Muſæum iucundè graphiceque deſcribam, poſtquam id tibi ſecus, ac maximè cu piebas, properante Cæſare, adire, ſpectareque non licuit. Parebo itaque lubenter honeſta petenti, ſed egregia fide debitum profeſſo, aliquid mihi benignè condonandum exiſtimo, ſcilicet, vt per partes huius æris a-

a

7

# Albertus Magnus.



SIT hoc tibi, quanquam breue Elogiorum omnium merito luculentiſsimum Alberte Sueue, Artobrigenſium ſanctiſsime antiſtes, poſtquam docendo ſcribendoque Theologiæ philoſophięque totius locos omnes miris celſiſsimi ingenij tui luminib. illuſtrati, vt illud in literis nemini adhuc conceſſum, et quod viuo rara felicitate contigit, Magni cognomen aſſequerere. Vixiſti quippe cęteris aliquantò beatius, hoc eſt, alterum & octogeſimum ætatis annum: ſcilicet, vt immortalitati tuæ iuſta gloria plenus intereſſes, accumulatoque fœcundiſſimi ingenij merito, clarioris tituli munere dignus cenſerêre. Deferebat enim Maximi cognomentum Gymnaſiorum omnium conſenſus, niſi publico voto, Chriſtiana verecundia reſtitiſſes. Sed quid tibi maius Dij immortales dare potuerunt, quàm vt diu in terris viuus & incolumis, inuſitatę, nec vnquam, niſi poſt fata obuenientis gloriæ fructum perciperes?

a 4

Candore ingenuo fideq́ſumma,
Et quanto ingenio licet, niſi illi,
Aut ſint planè athei, aut palàm nefanda,
Quæ non ſcribere præſtitiſſet, edant.
Horum nomine, Maximo, optimoq́,
Huic Paulo Iouio, hoſpiti benigno
Muſarum, & Charitum pio parenti,
Doctorumq́ probiſſimo patrono,
Tantas accumulo, aggeroq́ grateis
Tantas & toties manu, ſtyloq́:
Quantas & quoties pro agris receptis
Et caris pro ouibus Deo refudit
Suo Vergilius: vel ipſe Naſo
Læto pectore reddidiſſet, idem
Si de Tartareis locis Getarum
Ad caram patriam rediſſet exul.
Nam quod pulchrius, hoſpitaliusq́,
Adde ſplendidius benigniusq́
Vllis in regionibus, vel annis,
Aut vllo abs homine, vtlibet potente
Factum legimus? at caret profectò
Exemplo Iouij profuſus ardor.
Quid? Si quis Phalaris, Vitelliúſue,
Aut latro impius, aut rapax daniſta
Conatus ſimile huic fuiſſet? an non
Vitæ ille maculam eluiſſet omnem?
Et doctos ſtudio hoc ſuo benigno
Ad perenne decus ſibi obligaſſet?
At quid nos Iouio rependere, æquum eſt?
Qui vir optimus, integerrimusq́,
Per'que omneis adeò politus artes,
Quiq́ arteis adeò poliuit omneis,
Vt vix inuenias parem, aut ſecundum:
Non parcit ſibi, ſumptibusq́ tantùm,
Vt hîc ſaltem habitent benè ac honeſtè,
Quotquot non niſi commodè hoſpitari
(Sed quò deueniant, quis approbabit?)
Cenſura Iouij pia merentur,
Ob illa ingenij beata dona.
Non illi titulos perenniores?
An non carmina perpolitiora?
Non encomia, debitosq́ honores?
Non grateis referemus auctiores?
Non laudes cumulatius canemus?
Laus eſt, Magne Ioui, tua hæc perennis,
Et tua eſt pietas peculiaris





# INDEX POETARVM NOSTRAE AETATIS ILLVSTRIVM,

QVORVM EPIGRAMMATA, PRÆTER NOVA Ioannis Latomi Bergami in ſingula doctorum virorum Elogia, hoc in opere variè diſperſa continentur.

## ACTII SYNCERI.

De Andrea Matt. Aquauio duo. pag. 137
Ioanne Cotta. 108
Baptiſta Platina. 35
Pogio Florentino. 22

Aldi Manutij.
De Hercule Strozza. 104

Andreæ Dactij.
De Marſilio Ficino. 89
Michaele Marulo duo. 53
Petro Crinito. 109

Antonij Amiternini.
De Marco Muſuro Cretenſe. 58

Antonij Panormitæ.
De ſeipſo. 24

Antonij Seronis.
De Benedicto Iouio. 195

Antonij Vaccæ.
De Baptiſta Pio. 188
Nicolao Machiauello. 163

Aurelij Augurelli.
De ſe ipſo. 130

Baſilij Zanchij.
De Actio Syncero. 150
Andrea Naugerio. 146
Gabriele Altilio. 207
Iouiano Pontano. 95

Bernardi Bembi.
De Danthe Aldigerio. 11

Bloſij Palladij.
De Marco Antonio Caſanoua. 143

Boccarini Aretini.
De Bernardo Bibienna. 124

Brunonis Seileri.
De Ioanne Regiomontano. 218

Cæſaris Scaligeri.
De Angelo Politiano. 75
Cælio Rodigio. 230
Iacobo Fabro Stapulenſe. 204
Ioanne Cotta. 108
Marco Antonio Turriano. 115

Caroli Aretini.
De Leonardo Aretino. 20

Claudij Roſeletti.
De Chriſtophoro Longolio duo. 129

Cælij Calcagnini.
De Cælio Rhodigio. 203
Hieronymo Aleandro 182
Iouiano Pontano. 95
Ludouico Arioſto. 158

Colæ Bruni.
De Antonio Tibaldæo. 174

Conradi Lycoſthenis.
De Ludouico Viue duo. 219

Croti.
De Rutilio. 178

Cynthij Gyraldi.
De Cælio Calcagnino. 210

Danthis Aldigerij.
De ſeipſo. 11

Dardani Parmenſis.
De Iaſone Mayno. 126

Dionyſij Caronij.
De Ioanne Ruellio. 173

Domitij Palladij.
De Pomponio Læto. 76

Eliſij Calentij.
De Antonio Panhormita. 24
De ſeipſo duo. 91

Ferdinandi Balamij.
De Alberto Magno. 8
Alberto Pio Carporum principe. 155
Pandulpho Collenucio. 83

Flaminij.
De Actio Syncero. 150
Ardea Naugerio duo. 145
Auguſtino Nipho. 172
Balthaſſare Caſtellione duo. 144
Gaſpare Contareno duo. 185
Hieronymo Sauonarola. 83
Ioanne Cotta. 108
Iouiano Pontano. 96
Lampridio Cremonenſe. 183
Mario Molſa. 182

Floridi Sabini.
De Antiocho Tiberto. 101

Franchini Conſentini.
De Laurentio Valla. 26
Mario Molſa. 182


PAVLI IOVII
NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI
Elogia
Virorum bellica virtute
illuſtrium,
Septem libris iam olim ab Authore
comprehenſa,
Et nunc ex eiuſdem MVSAEO ad viuum
expreſſis Imaginibus
exornata.
PETRI
PERNÆ TYPOGRAPHI
BASIL.
OPERA AC STVDIO
CIↃ IↃ LXXV.



# PAVLI IOVII

NOVOCOMENSIS
EPISCOPI NVCERINI
IN
ELOGIA VIRORVM BELLICA
VIRTVTE ILLVSTRIVM.

## Præfatio

AD COSMVM MEDICEM
*Florent. Ducem.*

VETERES Philoſophi, qui ex Zenonis Stoici diſciplina & porticu prodierunt, magnanime COSME, tanquam contenti nuda illa horridaq; virtute, ideoque ea ſententia felices; vel ob id agreſtiores cæteris durioresque habiti ſunt, quòd de contemnenda gloria aſſiduè diſputarent, & libros accuratè conſcriberent; tametſi eam non inſulſa diſſimulatione, dum libris nomen ſuum apponunt, obliquo veluti viæ compendio conſequi niterentur. Huius ego ſeueræ atque adeò pertinacis ſectæ ingenia, vti parum explicata, triſtique duritie aliena à communi hominum ſocietate, minimè probauerim. Quid enim aliud eſt, quàm hac exitiali perſuaſione homines, ad egregia corporis & animi agenda facinora, promerendamque laudem natos, proprio innatæ virtutis honeſtique laboris fructu ſpoliare? Quando hac ſtultiſſima (vti reor) cenſoria lege, id vnum præclarè contenditur, vt gloriam ex benefactis optimè ſperatam, & extra præſentis vitæ inuidiam poſt fata cumulatè obuenientem, funditùs euertamus. Non mirum itaque, ſi his multò ſapientiores fuiſſe arbitramur eos, qui beatam vitam glorioſis ac illuſtribus factis ad perennem nominis laudem, non in arida ſteriliqúe virtutis imagine, ſed in nobilium operum æmulatione poſuerunt. Verùm in toto humanarum actionum curſu facilè euenit, vt quum omnes eandem gloriam appete-

a 3





## Romulus.

PRAESTANTISSIMO hercle (ſi præfari licet) incomparabiliq; merito, & lætis quidem auſpicijs ROMVLI Quirini Romani regis effigies, ante omnes ſpectanda proponitur. Nulla enim cuiuſquã mortalis vel ſtupendæ originis euentu miraculoq; & ſancta priſcæ ætatis antiquitate nobilior, vel immortalium operum vera æſtimatione præſtantior, vel demum tanti oris atq; habitus dignitate auguſtior in Vrbe extat: vt ex marmorea ſtatua, quæ iuxta Laurentianam Damaſi ædem, in fronte Gallorum ciuium domus poſita eſt, collato veteri numiſmate, ab eruditis præclarè deprehenditur. Itaq; fas eſſe putamus æternæ Vrbis conditorem venerari, Deo (vti ferebant) Marte genitum, ac ideo authorem diſciplinæ militaris, qua Romana res in immenſum creuit, vt fatalis nec deſituri vnquam Imperij

A

concurſu inclytus ex Europa tranſgreſſus in Aſiam fatali ſuæ gloriæ deſtinatam, poſt innumerabiles præliorum victorias cunctis gentibus iugum impoſuit, tanta felicitate, vt ad Scytharum Indorumque ſolitudines, aras victoriæ



teſtes conſecraret. Verum qui ſupra mortales nominis famam extendiſſe cenſetur, Dijs proximus exiſtimari potuit, ſi ſe ipſum, qui cuncta deuicerat, demum viciſſet, nec pro certo numine haberi adorarique vaniſsime concupiſſet. Mirificam enim excelſi animi indolem aſſentantes Perſæ nimia adulatione corruperant, quod eis Alexander regibus ſeruire aſſuetis, mortali ſpecie formoſior & auguſtior appareret. Ipſe quoque reputatione fortunæ ſuæ, quæ nuſquam aduerſa cœptis atque auſibus intemperanter aſpiraſſet, ita gloriam ab admirandis operibus ſponte naſcentem inflato animo ſentire cœperat: vt iam plane ſe Philippo inuictiſsimo rege genitum puderet, cum graui Olympiadis contumelia, poſtquam confeſſo matris adulterio ſe Hammone Ioue editum mentiretur. Ideoque exuta penitus humanitate amicorum præcipuos vanitatem ſuperbientis animi deteſtantes, temulenta crudelitate trucidaret. At Græci authores, quod infinitæ gloriæ auido iuueni totus or-





beant, & nomen tuum ſyncero maximè ſtudio venerentur. Id enim ſalutare ciues agnoſcunt, Etruſci omnes certum publicis rebus præſidium fatentur, & tota iam Italia, atque vlteriores gentes felicis tui & rectè conſtituti Principatus decus concelebrant. Perge igitur, optime Princeps, vt te ſupergreſſum humanas laudes, & beata tua prole gaudentem, quum longa ſenecta vitæ finem attulerit, ingentem animam conſpicua in ſede cœlites exceptam conſtituant, & poſteritas omnis, cuncta ingenij atque Fortunæ tuæ monumenta æternis laudibus perſequatur.

### IOVII Iunioris.

*Qualis Hyperboreo lætus Gradiuus in orbe*
*Fumantes quum ſoluit equos, ſudantiaque ora*
*Strymonis in ripa victricibus abluit vndis;*
*Iam furor, & rabies armorum, iræque, minæque*
*Belligero cecidere Deo, tranquillus inerrans*
*Ore robur, placido ſignat ſua lumina vultu;*
*Ille ſedet luſtrans oculis & mente benigna*
*Armiferam Thracen, defenſumque hoſtibus Hebrum*
*Proſpicit, & Geticæ ſecura mapalia terræ,*
*Tum Veneris blandum pertantant gaudia pectus.*
*Talis magnanimi diuino lumine* COSMI
*Ante alias longe radians effulget imago,*
*Ingenteſque gerens humeros, auguſtaque membra*
*Effigies vllum nunquam peritura per æuum*
*Vertice nudato celſum caput exerit armis;*
*Sydereoſque oculos, regalia lumina vibrans*
*Pacatam ſe ſe populis ſpectantibus offert.*
*Ceu quum depoſito magnarum pondere rerum*
*Olli tranquillam demulcent gaudia mentem,*
*Ingenti quum iam ceciderunt monſtra ruina*
*Qua ſe deuicto mons Murlius erigit hoſte;*
*Quum iam læta ſuo felix Duce Flora quieſcit*
*Atque Etruſca ſalus tanto ſub Principe tuta eſt.*

### RAINERII.

*Te duce, mortales quæ dedignata ſceleſtos*
*Extulerat niueos aurea ad aſtra pedes*
*Aurea nunc Aſtrea redit, Venus ante receßit*
*Sacrilega, Etruſcæ* COSME *decus patriæ,*
*Per quem parta quies, & pax & copia rerum eſt,*
*Et Sophiæ, Aonidumque artibus ortus honos.*
*In falcem, duce te galeæ conflantur & enſes*
*Nec lethale ſonant claßica, nec litui.*
*Marte ſatus, Ianum claudis, qui claudere Ianum*
*Mauortis prolem te potuiſſe putet?*

FINIS

Matthæus Langus literis operam dat ibid. Epiſcopus & Cardinalis 150
miles ſtrenuus Gallo infenſus ibid.
papæ fautor ibid.
Maximilianus primus vir militaris 238. pecuniæ contemptor ibid.
ſemper indigus 238
Burgundicum regnum in dotem accepit ibid.
Bruggæ cum vxore captus ibid.
Maximilianus Sfortia regno reſtitutus 295
inſano ſimilis ibid.
fratrem cur oderat 296
ab inſania conualuit ibid.
victoria potitur 196
deditionem facit ibid.
moritur in Gallia ibid.
Maximiliani primi pater 237
Medices inter ſe diſcordes 188
Mediolanum aratro proſciſſum à Friderico primo 33
Mediolani tres Archipræſules 47
Mediolani arx à quo ædificata 139
Memphitici imperij fines 172
Meſithes Paleologus 165
Rhodum infeliciter tentat 166
Michalogli 108
Michael Zilagus 175
Mœcines inſula 292
Mons Graius 199
Mons Politianus Florentinis à Senenſibus datus 269
Moſcouia ſcriptoribus Romanis ignota 313
eam quis aperuerit ibid.
Moſcouiæ fines 314
Moſca vrbs 314
Moſchi venundati 314
Moſchouitarum religio 313
Muleamethis Scyriffi origo & res geſtæ 381.382.383
Muleaſſes regno expulſus 358
reſtituitur ibid.
in Germania ad Cæſ. 359
oculis à filio priuatus 360
philoſophus eruditus ibid.
Muleaſſis Amida filius 359
Muleaſſis Tunetani regis origo & ingenium 358.
mors 360
Muſactus Franceſius Florentinus 53

N

Napus Turrianus 49
Narſes inuictus inuidia conficitur 21
Longobardos in Italiã accerſiuit 21
Narſetis eloquentia militaris 21
ad Sophiam heram ſuam reſponſio 21
Narſetis pons 21
effigies 20
laus ibid.
victoriæ ibid.
Nautarum in Columbum ſeditio 192
Neapolis obſeſſa à Lotrechio 199
Nerius Vguccionis filius Lucæ princeps 57
Nicolaus Pitilianus Vrſinus 20
cuſtodia elabitur ibid.
Venetorum imperator 105
ſolers & fidus 106
Nicolaus Picciminus Lucam à Florentinis defendit 129
Nicolaus Tegrimius Caſtruccij vitam deſcripſit 61
Nicolai Piccinini illuſtris fama 127
ingenium ibid.
intemperans 128
temerarius ibid.
mors 129
Nicolai Machiauelli petulãtia in commentitia Caſtruccij vita 63
Nogaretus Gallus vir impiger 53
Pontifici inſultat 54
exilio mulctatur ibid.
Nola dicitur 204
Numa quibus rebus inclitus 3
religionem Romanis inuexit 3
ſacerdotia Dijs & flamines conſtituit 4
Numæ Pompilij prudentia 3
regnum 4
marmorea effigies in Vrbe 4
nuptiæ celebres Mediolani 115

O

OBegninus Gallorum dux 196
Octouirum Florentiæ ſuprema poteſtas 269
Odettus Fuſius Lotrechius 286
ſuperbi vigoris ibid.
ſæuus ibid.
ſui capitis 287
inconſultus ibid.
Olgiati facinus 154
Oranum 292
Orcanes Othomannus 109
inuictus 71
Otho Vicecomes animi patientiæ verum ſimulacrum 107
primus Mediolani princeps 72
Turrianas ædes ſolo æquauit 49
Archiepiſcopus Mediolanenſis 47
Otho Bontertius 88
Othonis Vicecomitis figura 72
Othomannicæ poteutiæ primordia 108
Othomannorum origo 107
Orſa flumen 119
Othomannicum imperium quando cœperit 108
Othomanzicum oppidum 107
Othomannici imperij progreſſus 109. 109.

P

PAſſij Medicibus infenſi 159
Pactiana cõiuratio in Medices 160
Paganus Turrianus 47
Pandulfus Petruccius Senenſis mitis ordinis Nonarij ibid.
rempublicam prudenter adminiſtrauit ibid.
Soccrum ferro ſuſtulit ibid.
exilium ſponte ſubit conſeruandæ patriæ ergo 166
triumuiri Senis creati Petruccij aſtu 165
filium ſibi ſucceſſorem deſtinat 167
Pandulfus Malateſta 88
Papiſtarum de ſummo pontifice opinio 51
Paria inſula 191
Paulus Malateſtæ pronepos & pater 240. à Leone x. obtruncatur iniuſtè 241
eius laus in re militari 241
Paulus Sorecina 47
Pauli Vitellij ingenium, res geſtæ, mors 148
Pauli Iouij ibid.
Paxa inſula 330
Perſæ Alexandrum aſſentatione perdunt 7
Perſarum reges 4. eorum ornatus ibid. regia 104. aurea & argentea moneta ſigno ſagittarij inſignita 4
Petrus Soderinus Florentiæ dictator creatus 268
Curiam cum familia habitat 269
Petrus Medices cur in exilium 188.189
paternæ virtutis deſertor 188
Petrus Corbarius pſeudopontifex 63
Petrus Vbertus cognomento Aſinus 39
Petrus Aluares rerum abyſſinarum explicator 355
Petrus Nauarrus artifex, & arcium expugnator 292
miles gregalis ibid.
Comes appellatur 293
captus Gallo operam locat 292
Petri Medicis ingenium 187. vxor 188
conatus irriti 189
mors ibid.
Petri Nauarri miſera mors 293
Philomela vrbs capta à Friderico 34
Philibertus Aurantius belli cupidus 297.
Borbonio adhæſit 298.





# INDEX POETARVM NOSTRAE AETATIS ILLVSTRIVM,

QVORVM EPIGRAMMATA, PRÆTER NOVA Ioannis Latomi Bergami in ſingula doctorum virorum Elogia, hoc in opere variè diſperſa continentur.

## ACTII SYNCERI.

De Andrea Matt. Aquauio duo. pag. 137
Ioanne Cotta. 108
Baptiſta Platina. 35
Pogio Florentino. 22

Aldi Manutij.
De Hercule Strozza. 104

Andreæ Dactij.
De Marſilio Ficino. 89
Michaele Marulo duo. 53
Petro Crinito. 109

Antonij Amiternini.
De Marco Muſuro Cretenſe. 58

Antonij Panormitæ.
De ſeipſo. 24

Antonij Seronis.
De Benedicto Iouio. 195

Antonij Vaccæ.
De Baptiſta Pio. 188
Nicolao Machiauello. 163

Aurelij Augurelli.
De ſe ipſo. 130

Baſilij Zanchij.
De Actio Syncero. 150
Andrea Naugerio. 146
Gabriele Altilio. 207
Iouiano Pontano. 95

Bernardi Bembi.
De Danthe Aldigerio. 11

Bloſij Palladij.
De Marco Antonio Caſanoua. 143

Boccarini Aretini.
De Bernardo Bibienna. 124

Brunonis Seileri.
De Ioanne Regiomontano. 218

Cæſaris Scaligeri.
De Angelo Politiano. 75
Cælio Rodigio. 230
Iacobo Fabro Stapulenſe. 204
Ioanne Cotta. 108
Marco Antonio Turriano. 115

Caroli Aretini.
De Leonardo Aretino. 20

Claudij Roſeletti.
De Chriſtophoro Longolio duo. 129

Cælij Calcagnini.
De Cælio Rhodigio. 203
Hieronymo Aleandro 182
Iouiano Pontano. 95
Ludouico Arioſto. 158

Colæ Bruni.
De Antonio Tibaldæo. 174

Conradi Lycoſthenis.
De Ludouico Viue duo. 219

Croti.
De Rutilio. 178

Cynthij Gyraldi.
De Cælio Calcagnino. 210

Danthis Aldigerij.
De ſeipſo. 11

Dardani Parmenſis.
De Iaſone Mayno. 126

Dionyſij Caronij.
De Ioanne Ruellio. 173

Domitij Palladij.
De Pomponio Læto. 76

Eliſij Calentij.
De Antonio Panhormita. 24
De ſeipſo duo. 91

Ferdinandi Balamij.
De Alberto Magno. 8
Alberto Pio Carporum principe. 155
Pandulpho Collenucio. 83

Flaminij.
De Actio Syncero. 150
Ardea Naugerio duo. 145
Auguſtino Nipho. 172
Balthaſſare Caſtellione duo. 144
Gaſpare Contareno duo. 185
Hieronymo Sauonarola. 83
Ioanne Cotta. 108
Iouiano Pontano. 96
Lampridio Cremonenſe. 183
Mario Molſa. 182

Floridi Sabini.
De Antiocho Tiberto. 101

Franchini Conſentini.
De Laurentio Valla. 26
Mario Molſa. 182

Fran





# Marſilius Ficinus.

QVVM clariſsimi Græcorum Theodorus, Argyropylus, & Trapezuntius, veluti ex condicto inter ſe diſtributis operibus in traducendo Ariſtotele ad non obſcuram æmulationem verſarētur, vnus Latinorum Marſilius Ficinus diuinæ philoſophiæ amore incenſus, transferendi Platonis negotium ſuſcepit, atque perfecit, vſque adeò feſtinata felicis ingenij fœcunditate, vt plerique in puſillo eius corpore, quod vix ſemihominem æquaret, tantam vim inuſitati ſpiritus, & tantas vtriuſque linguę facultates vigere mirarentur. Nam eundem quoque inſatiabilis ſtudij tenorem ſecutus, Plotinum, Iamblicum, Syneſium, & Pſellū Platonicæ ſectæ nobiles authores Latinos effecerat, hortante quidem Coſmo Medice, & mox tradita per manus ſummæ virtutis hæreditate, Petro filio, & Laurentio nepote ſuffragantibus. Ex ea ſiquidem ornatiſsimæ domus liberali diſcipli-



diſciplina Ficinus honeſtis ædibus, peramœna villa, ſacerdotio, annuiſque ſtipendijs, atque muneribus ſeſe adauctum, & cumulatè perornatum ſenſit. Contemnebat enim maiores opes, vir minimè ambitioſus, & nitidæ iucundæque vitæ ad bonam frugem percupidus, quum vnam ſtudiorum laudem ſpectaret, nec vllis vnquam contentionibus miſceretur, quòd rerum omnium, præterquam vini ſubdulcis voluptates abdicaſſet, nulla quidem animi triſtitia, quum eſſet omnino lætiſsimus: ſed exactiſsima ratione ad tuendam valetudinem, ſicuti deprehendere licet ex libris de triplici Vita editis. Adeò enim moroſè ſibi ad ſpem vitæ blandiebatur, vt ſæpe eadem die, quum aer incaleſceret: aut aliquo ſpiritu moueretur, capitis tegumenta permutaret. Sed quum ſodalium ſuorum acerba funera luxiſſet, Laurentij, Hermolai, Politiani, Mirandulæ, qui vno anno perierunt: Landinique item, & Sauonarolæ, in Caregiana ipſius villa, ſeptuagenario prouectior febricula interijt, diro quidem omine, quum eodem die punctoque temporis, duo clariſsima Italiæ lumina Ficinum ipſum, & Paulum Vitellium ſummæ inuictæque virtutis Florentinorum Imperatorem, aliquanto certiore inimicorum rabie, quàm noxa capitali ſupplicio damnatum, vis ipſa fatalis extinxerit: & cum eſſet in alpibus Ludouicus rex Gallorum, armatus irrumpens, vt ſingulas illuſtres domos, & ad ad vnum ferè omnes Italiæ principatus euerteret.

**Incerti.**

*Mores, ingenium, Muſæ, ſophiæque ſepulta eſt*
*Laus hìc, cum magni corpore Marſilij.*

**Incerti.**

*En hoſpes hic eſt Marſilius ſophiæ pater,*
*Platonicum qui dogma, culpa temporum*
*Situ obrutum, illuſtrans, & Atticum decus*
*Seruans Latio dedit: fores primus ſacras*
*Diuinæ aperiens mentis actus numine.*
*Vixit beatus antè Coſmi munere,*
*Laurique Medicis, nunc reuixit publico.*

**Politiani.**

*Mores, ingenium, Muſas, ſophiamque ſupremam,*
*Vis vno dicam nomine? Marſilius.*

**Andreæ Dactij.**

*Hìc ſitus eſt magni ſacrum qui dogma Platonis,*
*Marſilius patriæ tradidit & Latio.*
*Exuuias tellus, cœleſtes ſpiritus oras,*
*Diua ſed & terram fama polumque tenet.*

**Latomi.**

*Hìc, hìc Marſilius notiſsimus ille Ficinus,*
*Totius Auſoniæ luxque, decusq; iacet.*
*In paruo ingenteis qui clauſit corpore dotes:*
*Immò non clauſit, ſed magis exeruit.*
*Quare etiam hac parua fama eſt anguſtior vrna:*
*Nî tamen hæc potius, quem replet orbis erit.*

b

rum ideo felici libidine, quum Muſas nunquam tentatis numeris in iumenta laceſſiſſet. Itaque Gotifredi Bolionis ſacrum bellum ſub titulo Solymidos, quo potuit ore decantatum eſt: in quo poemate non moroſus, & æquus lector, argumenti picturam, & quędam ſchemata iucundę novitatis admirabitur, ſi carmina, tanquam ſalebroſa, & diſtortis numeris luxata probare noluerit. Id opus author, quum alieni ingenij iudicium ſubiturus, ad Bembum, me præſente detuliſſet, lecto ſtatim titulo, Bembus hilari comitate, Nunquam Catanæe putaſſem, inquit, te alioqui virum de vtraque lingua optime meritum, hac ipſa qua nos gaudemus carminum facultate valuiſſe, quum nihil omnino, ad quod Muſæ dulces arrideant in ſevero & militari vultu tuo prorſus emineat. Quo verbo ille perſtrictus, argute reſpondit: Ergo nec tu Bembe ſatis peritus Phyſiognomus videri potes, quum te Philomuſi poetæ gratia tua florentis, à dedolatis ruditer maxillis, & repando naſo, enormis vultus omnino deceperit: quo reſponſo omnibus exortus eſt plenior cachinnus: quod Phylomuſus poeta, vtique non inſvavis, & lyriſtes Bembo ſodalis, é patria Piſauro veſpillonis ſenis buxeam faciem referret. Nondum autem perfecto poemate rediit ad pedeſtrem orationem, non obſcure ipſa ſpe conceptæ laudis deſtitutus: perſcripſitq; duos exactæ eruditionis dialogos de poteſtate & curſu Solis ac Lunæ: & de ludis Romanis: ſed ingruente fatali morbo abſolvi neqviverunt. Perijt in Vrbe quum abeſſet Clemens, Carolo Cæſari Romani imperij inſignia Bononiæ traditurus, adeo celata morte, quod ita impetrandis ſacerdotijs ex mora caveretur, vt ſepulchri & funeris honore caruerit, quum ab Academicis ad Vetulonias aquas ſeceſſiſſe crederetur.

Myrtei.

*Vide Viator, quanta iactura occulti*
*Eſſet ſepulchri, ni ingeni ſui claris*
*Perennioribusq; monimentis tectus*
*Adhuc vbique viveret Catanæus.*

Latomi.

*Penè adyſti ingens famæ Catanæe periclum,*
*Sic inſcijs ſodalibus*
*Qui Fato eriperis: ſtudiorum creditus illis*
*Partu propinquo quærere*
*Seceſſum, idque ſatis fuerat conqueſta Minerua:*
*Quam ſic Apollo reppulit:*
*Hæccine (ſignabatq; libros) monumenta, vel omni*
*Perenniora marmore?*

IACO



# Iacobus Sanazarius.



IACOBVS Sanazarius equeſtris ordinis poeta, Neapoli natus atque educatus, quum præclarum fœcundi atque felicis ingenij ſpecimen daret, repudiato auito gentilitioque nomine, Actius Syncerus appellari voluit, adhortante Pontano, qui Iouiani cognomen, amicorum imitatione deſumpſerat. Sed origo vetuſtę ſtirpis e Sancto Nazario, Laumellini agri oppido, inter Padum & Ticinum non ignobili: vnde maiores aduenerant, non obſcurè petebatur. Floruit amicitia Federici regis, ſeneſcente Pontani gratia: qui Aragonum nomen vehementer offenderat, quum veluti perſonæ oblitus, victorem Carolum inuidioſa vel intempeſtiua oratione publicè laudaſſet. Permanſit in ea belli procella in officio Actius, redeuntique Ferdinando Iuniori, armatus inter fideles ciues operam præſtitit: vnde ei conſpicuus in aula gratiæ locus. Sed infeſtius demum vr-

n



# PAVLI IOVII EFFIGIES.

Cedite facundi, Muſarum gloria, vates,
Oratorque tuo flumine conſtiteris,
Qui geſta Heroum maiori dixerit æſtu,
Non IOVIO vixit ſub gemino axe prior.
T. M.

# PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCERINI IN ELOGIA VIRORVM BELLICA VIRTVTE ILLVSTRIVM.

## Præfatio

AD COSMVM MEDICEM Florent. Ducem.

VETERES Philoſophi, qui ex Zenonis Stoici diſciplina & porticu prodierunt, magnanime COSME, tanquam contenti nuda illa horridaq; virtute, ideoque ea ſententia felices; vel ob id agreſtiores cæteris durioresque habiti ſunt, quòd de contemnenda gloria aſſiduè diſputarent, & libros accuratè conſcriberent; tametſi eam non inſulſa diſſimulatione, dum libris nomen ſuum apponunt, obliquo veluti viæ compendio conſequi niterentur. Huius ego ſeueræ atque adeò pertinacis ſectæ ingenia, vti parum explicata, triſtique duritie aliena à communi hominum ſocietate, minimè probauerim. Quid enim aliud eſt, quàm hac exitiali perſuaſione homines, ad egregia corporis & animi agenda facinora, promerendamque laudem natos, proprio innatæ virtutis honeſtique laboris fructu ſpoliare? Quando hac ſtultiſſima (vti reor) cenſoria lege, id vnum præclarè contenditur, vt gloriam ex benefactis optimè ſperatam, & extra præſentis vitæ inuidiam poſt fata cumulatè obuenientem, funditùs euertamus. Non mirum itaque, ſi his multò ſapientiores fuiſſe arbitramur eos, qui beatam vitam glorioſis ac illuſtribus factis ad perennem nominis laudem, non in arida ſterilique virtutis imagine, ſed in nobilium operum æmulatione poſuerunt. Verùm in toto humanarum actionum curſu facilè euenit, vt quum omnes eandem gloriam appete-

a 3

bri menſe in dextrum vela flexit, & ſulcato per multos dies Oceano, nuſ-
quam apparentibus terris, conſpiratione nautarum pene oppreſſus eſt:cum
peregrini vnius amentiæ vniuerſam omnium ſalutem, deſperato nauiga-
tionis exitu minimè credendum arbitrarentur:quando infinitus pateret O-
ceanus, nec ſuffectura eſſent alimenta, ſi ſerò pœnitentibus redeundum in
Hiſpaniam eſſe decernerent. Sed eos vel atrociſsimè conſternatos ſacramen-
ti militaris ſæuerè admonuit, quo regi fidem dediſſent, ſe nuſquam ab au-
thoritate imperioque ipſius eſſe diſceſſuros: multisque rationibus oſtendit,
certam eos proditionis pœnam in Hiſpania ſubituros, ſi temerè ſummi com
modi, ſummæque gloriæ cœpta, & fęliciter ad finem penè perducta, timi-
ditate inani, aut importuno incertæ mortis horrore perturbarent. Vix dum
ſocijs naualibus pacatis, & ad officium redeuntibus, Columbus volantes a-
ues conſpexit, prædixitque non longè abeſſe terras, è quibus illæ euolaſſent.
Nec eum fefellit opinio: breui enim peruentum eſt ad Inſulas ferè innume-
rabiles, maximamque earum adeuntes, valdè nemoroſam, & luſcinijs, &
pſitacis refertiſsimam, ſed humano carentem veſtigio, Guadalupeam vo-
carunt. Inde perpetuis prouectus Euris, atque his vno tenore perflantibus,
ſecundiſsimo curſu, quòd nuſquam fluctus inter ſe refringantur, ad inſulam
ingentem, nomine Hiſpaniolam peruenit. Ea diſtat à Gadibus rudi ſuppu-
tatione, miliarium Italicorum circiter quinque milibus, Cancrique Tro-
pico ſuppoſita, in longitudinem tota proſcinditur: refertque caſtaneæ folij
formam, magnitudineque Britanniam excedere perhibetur. Eius inſulæ
gentes Columbus blandis nutibus atque munuſculis ad ſe facilè pertraxit,
didicitque ex mulierum inauribus, & quibuſdam armillis, auri copiam in
ea reperiri, quum omnium rerum ſegetisque præſertim ſint inopes, captú-
que ingenij adeò ſimplices, vt literarum prorſus mediocriumque artium
ſint ignari, vtpote qui nocturnos lemures adorent, quos nunquam vide-
rint, ſed inerrare domicilijs eorum noctu perſuaſum habeant, qui arbitri vi-
tæ ſimul & fortunæ cuncta bona pariter & mala mortalibus diſpenſare ſo-
liti ſint. Horum lignea ſimulacra inciſorio pyrite lapide vſi ruditer effin-
gunt, religioseque venerantur, Zeminos appellantes vtriuſque humanæ
ſortis largitores. Hos populos tormentorum portento aſpectuque velifi-
cantium nauium territos & ſtupefactos, facilè ad venerationem Chriſtianæ
crucis induxit, fœdereque icto cum aliquot præpotentibus inſulæ regulis,
cognouit manare aureas harenas ex amnibus, qui ex præaltis montium iu-
gis in Oceanum deferantur. Itaque contentus hoc bene auſpicato nauiga-
tionis initio, relinquere apud regulos ex ſuis Hiſpanos homines, totidem-
que ab his indigenas mutuæ fidei obſides accipere, reuertique in Hiſpaniam
ad regem conſtituit. A quo demum perfuſo tantæ felicitatis gaudio, qua-
druplo maiorem claſſem impetrauit, vt reliqua ſcrutarentur, aggreganti-
bus ſe ei certatim Hiſpanis, tanquam ad certam prædam ex aurea gleba ire
properantibus. Hac ſecunda nauigatione Columbus, Amirantis regijque
præfecti nomen promeritus, eas quas innumerabiles diximus inſulas, par-
tim deſertas, partim ab immani & truculenta Canibalum gente incoli, Pi-
raticisque eorum latrocinijs cuncta infeſta eſſe didicit. Ii mortalium cruen-
tiſsimi atque efferatiſsimi humanis veſcuntur carnibus: nullum numen ado-
rant



que proſternere, currentem in arena taurum vno macheræ ictu decollare
didiciſſet. Suſceperat eum in minori fortuna Rodericus pater, ex Vanno-
tia Romana, quam à formæ venuſtate, & morum illecebris, miraque de-
mum fœcunditate legitimæ propè vxoris loco habuiſſe conſtat. Vigebat
adoleſcente in Cęſare peracutum & erectum ingenium, proptereaque miſ-
ſus fuerat Piſas, vt in Gymnaſio iuri ciuili operam daret. Sed vbi pater
Pontifex eſt renunciatus, in Vrbem properè redijt, galerique purpurei di-
gnitate collata in Senatum cooptatus eſt: quem honorem poſtea faſtidiuit
atque reiecit, quum ad firmiores opes magnaque imperia effreni libidine
raperetur. Primum omnium permutati ingenij & fluxæ fidei documen-
tum præbuit, quum à Carolo Gallorum rege Neapolim contendente, cui
à patre Pontifice legati ſpecie, comes & obſes datus fuerat, è Velitris Ro-
mam profugiſſet. Exinde armorum ſtudio teneri, contemnere galeri decus,
& Candiano fratri, qui ductaret exercitum, inuidere cœpit, eò quidem in-
ſanæ æmulationis exitu, vt ipſo fratre Candiano, quo cum hilariter apud
matrem cœnarat, iugulato, proiectoque in Tyberim, ſe totum à ſenatorio
ordine abdicata purpura, & deſumpto militari ſago ad arma transferret, &
Pontificijs copijs præficeretur; conniuente prorſus ad immane parricidij
ſcelus patre Pontifice; qui & ipſe vim ſibi afferri ab efferato filio proculdu-
biò metuebat. Itaque ſublato principatus æmulo, quod ita ad explendas
cupiditates expediret, Gallis ſe coniunxit, fecitque ſponſalia cum Carlota
Alibretæ familiæ regij ſanguinis puella, apud Aquitanos pernobili. Tum
enim Pontifex totus in eam incubuerat curam, vt ingentes filio opes, per-
ampliquè imperij facultates, vel ſumma cum iniuria pararet: eiectis primò
Vrbe Latioque Columniæ familiæ proceribus, Vrſiniſque demum inſigni
dolo pernecatis, & exciſa propè Gaietanorum familia, quum eius proceres,
occupato eorum dominatu, veneno aut ferro ſuſtuliſſet. Verterat quoque
eandem ſæuitiæ atque perfidiæ rabiem in reliquos Pontificiæ ditionis re-
gulos, quatuorque ſimul Camertium proceres Varaniæ antiquiſsimæ ſtir-
pis ſtrangularat: Guidonem Feltrium Vrbino pepulerat: Ioannem Sfor-
tiam Piſauro adempto, paratam cædem effugere coegerat; expulſis etiam
Arimino Malateſtis. Et quum Galliæ togatæ imperium affectaret, Cathe-
rinam Sfortiam Hieronymi Riarij quondam vxorem, Gallicis fretus auxi-
lijs, Foroliuio & Forocornelio deiecerat, captamque conſtantiſsimi animi
fœminam, magno probro, & parum virili ſuperbia in triumphum Ro-
mam perduxit. His tantis belli ſumptibus, quum ſacroſancti ærarij pecu-
nia minimè ſufficeret, opulentiſsimum quenque ex aula ſacerdotem, & in
his aliquot Cardinales veneno tollendos curabat, vt eorum diuitijs in Fiſ-
cum redactis potitus, profuſiſsimè largiretur. Vna enim liberalitate qua
milites ſibi obnoxios & fidos redderet, famam quærebat, ita vt quum a-
aſciuiſſet ſibi in ſtipendium multos vndique manu promptos, & ex ſe-
cunda claſſe Romanorum ciuium, cenſu atque audacia præpotentes, affe-
ctare Romanæ ciuitatis imperium, Vrbem Hiſpanis inquilinis replere, &
per eos nobiliſsimi ſanguinis proceres, quos eieciſſet, diu arcere à patria
ſperaret. Hęc cum impio patre cogitans, attonita in Vrbe noctu vagabatur,
quum nuſquam interdiu viſeretur, quoniam lucem libenter effugeret, ne
deformis

riam morte effuderit. Audiui ego poſtea à Petrofranciſco Pontremulo, qui in eadem cuſtodia fidus comes, perpetuo ſeruitio Sfortiæ fuerat conceſſus, eum totius infortunij ſui miſerias virili pioque animo pertuliſſe, ſæpeque dixiſſe, hanc ſibi pro veteribus delictis extremæ calamitatis pœnam à magno Deo fuiſſe impoſitam; poſtquam conſilia ſua humanæ plena prudentiæ, nihil aliud quàm occulta vis fati præuertiſſet: ita vt in ea vnam diræ neceſsitatis cauſam referret, quòd amici & ſocij penè omnes vel ſummis obſtricti beneficijs, fidem impudentiſsimè fefelliſſent, præter vnum omnino barbarum Baiazetem, qui ex condicto Venetis terra marique arma inferens, ſibi promiſſa, quanquam ſera auxilia, in ipſam vſque Venetiam tranſmiſiſset.

PAVLI IOVII Iunioris.

*Quantam ruinam præcipiti dabit*
*Lapſu, tonantis tacta Iouis manu*
*Turris, quæ ab excelſa minetur*
*Mole, Deis, medióque cælo,*
*Sic concitatus, quos rapuit furor*
*Regni parandi atque ambitio mala*
*Euexit ad ſummum cacumen,*
*Sæpe ruunt grauiore caſu.*
*Nam te quid olim conſilium iuuit?*
*Quid cum doloſi pectoris artibus*
*Aſtus iuuere, atque in periclis*
*Ingenij experientis vſus?*
*Felix cruento* SFORTIA *prælio*
*Si concidiſſes, nec miſerabilis*
*Fœdum exitum vitæ vidiſſes;*
*Quum patria, ſolióque auito*
*Expulſus, altè in carcere Gallico*
*Pœnas dediſti, quòd nimis improbus*
*Non tutor, at crudelis hoſtis*
*Præripis imperium nepoti.*
*Ergo inſolentem pone ſuperbiam,*
*Qui fidis alti viribus ingenij*
*Fortuna ſic gaudet iocari*
*Vertere quum cupit ima ſummis.*

CÆSAR



rant; nullum æquitatis ac humanitatis ius colunt; conſtuprant fœdè mares & venenatis inſtructi ſagittis remigantes in alueis vniligneis longiſsimè prædantur. Cæterum Columbus recto curſu ab Hiſpaniola ad occidentem pertendens, inſulam Hiſpaniola duplo maiorem apprehendit: quam propter longitudinem, ab initio continentem eſſe crediderat; ſed anfractibus citus enormi flexu ſuperatis integrè circuiuit, & Cubam appellauit: pari auri copia & ſimplicitate incolentium Hiſpaniolæ perſimilem, atque inde demum in aduerſam ingentium terrarum & regionum continentem ad Auſtrum ſitam, Boreæ flatibus appulſus tenuit. Hunc terrarum incogniti antea orbis tractum æqua fronte ſeptentriones ſpectantem, & introrſus ſub æquatore ſitum, alij Sanctæ crucis terram, alij Pariam, alij Darienem vario in loco vocauêre. Columbus oſtium immenſi fluminis ſubijt, quod ideo os Draconis appellatum eſt, quoniam tortuoſis vorticibus nauigia abſorbere poſſe crederetur. Eius terræ gentes Antropophagos eſſe, nec vllis donis manſuefieri poſſe compertum eſt; veſtiri eos verſicoloribus pſitacorum pennis; arcubus & ligneis clauis præliari: noſtrorum acies periculo facto reformidare, atque refugere in nemoroſas latebras conſueſſe, conſtabat. Tot aditis exploratiſque gentibus Columbus, factus mortalium celeberrimus; non vno in loco conſtitutis legendi auri officinis, multiſque caſtellis ad præſidium ædificatis, atrocis inuidiæ ictus effugere non potuit: Accuſatus enim ab Hiſpanis innatæ crudelitatis & auaritiæ, cauſam pro ſe dicere coactus eſt, felici quidem euentu, confutata æmulorum malignitate, quum ab rege gratiſsimo atque iuſtiſsimo præfecturam Hiſpaniolæ fratri impetrarit; ipſeque non multo poſt auctus opibus, & ſua fama felix, quum tranquillè ſeneſceret, in Hiſpania obijt, relinquens aurifera regna, audentium Hiſpanorum virtute proferenda, vti mox euenit ad ſummam Hiſpaniæ felicitatem. Sic vt Columbus dignus omnino videri poſsit, qui à Liguribus præſentia potius quàm vetera hodiè mirantibus, luculentiſsima ſtatua Genuæ decoretur.

IANI VITALIS.

*Tu maris & terræ trans cognita clauſtra Columbe*
*Vectus naue cita penetraſti*
*Ignotos populos, atque abdita maxima regna*
*Antipodúmque orbem extremorum.*
*Hic aliæ ventorum animæ tua lintea leni*
*Implerunt Aquilone, nec alto*
*Fulſerunt Helices clariſsima lumina cælo,*
*Nec vertit mare triſtis Orion,*
*Hic legem accipiunt mitem Zephyrique, Notique,*
*Æquora nec tolluntur in altum.*
*Tu gentem incultam quarum vel pomifera arbos*
*Numen erat, vel purpureus flos,*
*Vel fons irriguus liquidis manantibus vndis,*
*Formas vera religione.*
*Tu vitam humanam inſtituis, tu mœnia & vrbes*



178

# PAVLI IOVII EPI-SCOPI NVCERINI PRAE-FATIO IN QVARTVM LIBRVM ELOGIORVM SVORVM AD COSMVM MEDICEM FLO-RENTIAE DVCEM.

*QVARTVS hic liber, magnanime Coſme, recentiorum Heroum imagines continebit, quibus elogia idcirco ſuperioribus adſtrictiora, breuioráque ſigillatim affigentur; quoniam eorum, quos ipſi virtutis ſuæ fama florentes vidimus, præclara nomina hiſtorijs noſtris abundè celebrata ſint, & vti reor, ad poſteros etiam tranſibunt. Ex inſtituto autem ordine, primus ſeſe obtulit Carolus rex Galliæ, qui coaleſcentis, nec confirmatæ adhuc pacis tranquillitatem Italiæ inuidit, liuore tamen noſtro potius quàm ſuo. Quippe qui euocatus accerſitúſque ad euertendum paſſim publicarum rerum ſtatum, eò grauior ingruerit, quò apud ignaros periculi, imperitóſque militiæ nequaquam metuendus eſſe putabatur. Sed eius externæ gentis vis repentina & impotens, vel ſerò nos docuit, diſſenſionum noſtrarum inteſtinæque diſcordiæ protinus obliuiſci, vt paratæ ſeruitutis incommoda vitaremus, quæ demum ſerendo bella ex bellis nobis parum maturè inſanire deſinentibus importata, ſi non cautiores, & fortiores fecit, vti propulſanda pericula flagitabant, patientiores certè reddidiſſe videtur ad perferendam inuſitatæ conditionis igonominiam. Neque aliter nos ipſos vltro præcipites datos conſolari poſſumus, quàm quòd primos tantæ cladis authores æqua vltrix ſcelerum Furia meritas pœnas dare coegerit. Hic itaque Rex Gallus, qui vel nolens domum tuam ſuo impetu euertit, te præclaro exemplo admonet, vt irruptiones externarum gentium, quarum vis vehementiſſima intolerandáque eſſe conſueuit, graui maturóque conſilio auertendas potius. quàm armorum fiducia ſuſtinendas arbitrere. In hanc enim publicæ ſalutis curam & Coſmus & Laurentius maiores tui, ſummæ prudentiæ viri, ſemper excubarunt, vt quantum conſilio præſtari poſſet, externa arma longiſſimè arcerent. Neque enim aliter quàm his inundationibus obrui & conuelli poteſt hic tuus Principatus, haud dubiè fato datus, & mirifica demum tua virtute confirmatus; quandoquidem nulla omnino inteſtina fraus extimeſcenda videatur, agenti Principem abſolutæ pietatis atque iuſticiæ auſpicijs, qualem in rectè conſtituta Republica æquè boni malique ciues optatiſſimum eſſe confitentur.*

ELO-



390 ELOGIORVM

# Coſmus Medices Florentinorum Princeps.

DII vota tua cumulatè impleant magnanime Coſme, poſtquam nihil præter ipſum aſolutæ virtutis ſpecimen reſpiciunt. Tales namque tibi mores natura tribuit, nuſquam hercle nouerca, vti fas eſt videre, ſed ſemper arridens & benigna mater, vt gloriam ex benefactis clariſſimiſque virtutibus obuenientem contemnas potius quàm affectes. Apud te ſiquidem pudor atque iuſtitia viget, & virtuti optimiſque artibus domi tuæ certiſſimus eſt receptus. Literas colis, ingenia foues, magnificentiæ ſtudium pulcherrimis operibus extendis. Rempublicam porro ita gubernas, vt nobilitatem in honore habere, populum alere, & patriam tranquillitate atque opibus florentiſſimam reddere contendas. Quo verò admirabile clementiæ tuæ munus eſt, exules facile reducis; parcis rebellibus, ſcilicet vt plures domi ſint, qui tibi plurimum debeant


ſingulis annis
acciperet; alerenturque omnes opiparè:hoſpites
ulentiſsimè. Ipſe præter venatorias equeſtriúm-
nes, pilæ ludo tanta cum voluptate tenebatur, vt
a Mediolani & Ticini, cæteriſque in arcibus ad
deret. Erat id genus pilæ inflatus follis capitali
s plumbea lamina pugnis longiſsimè iactabatur;
rgioſa contentione, & multo cum ſudore petere
i & honeſti amans, iuſtitiæ vſque ad ſeueritatem
è operam, vt nihil in iudicijs eſſet venale, aut
ad

commodo ceſſuras, & coniurare omnino ſtatuerat
mane vſque adeò & periculoſum facinus veheme
iniuria à Caſtellioneo Comenſium antiſtite, à q
ſione contra ius interrupta locatione, ſe periniqu
Totum autem eius iniuriæ odijque venenum ver
à ſe ſuppliciter deprecante eam contumeliam ſæ
in extrahenda lite præpotentem, neque auertere, n
Carolus gentilium ſuorum totius principatus for
latam ægrè ferens, germanæ ſororis probro quam
que ſubigeret, permouebatur, tantò indignantius
leſcenti, qui ętatis florem principi fruendum dediſ


folcius Dux.

HIC eſt ille bello inclytus & ſupra omnes mortales ſupremò hoc infortunio miſer Thomas Hauardus Surreij filius, ab Anglis de nomine eius Imperio ſubditæ Prouinciæ Norfoltius appellatus. Is Surreiò patri operam in prima acie nauans, quum Scoti ad Floddum occiſo Rege delerentur, ſingularem eius victoriæ laudem tulit; Rebellantem Hyberniam eò traijciens armis perdomuit, atque pacauit. Henrico Regi bis Galliæ bellum inferenti tijracientique in continentem bellica laude virtuteque animi Ducum clariſsimus magno vſui fuit. Poſtremò eum induſtriæ, perpetuique officij ſui fructum tulit, vt poſt damnatum cæſumque ſecuri Edemundum fratrem, eiuſque filiam pari ſupplicio mulctatam, quòd Regi tot cædibus efferato infauſtè nupſiſſet, turris Londiniæ carceri includeretur; ſeruaretur tamen viuus à Rege, vt in carcere Regem non omnino ingratum erga ſe, qui adhuc tyranni beneficio viueret, fateretur.

Ii 3